Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Linea pontificū

Zaraya

Meyraioth

Amarias

Achitob

Iſti quattuoꝛ in linea pontificum: nō fuerūt ſummi ſacerdotes. ſed Sadoch de eis deſcendit: quē ſalomō conſtituit ſummū in pontificatum: reiecto priꝰ abyathar de ſacerdotio qui fuit vltimus de linea ythamar.

Iepte illegittimꝰ princeps latrocinātiū. factꝰ eſt dux exercitꝰ a galaaytidis vt pugnaret contra āmonitas. ⁊ miſſis priꝰ nūcijs Jepte ad regē Amon: ratione oſtēdens iniuſte eos vſurpare velle terras eis a dn̄o cōceſſas. cū nollet euz audire facto voto de offerendo qđ ei primo occurreret de domo reuertēti cū victoria acceſſit cōtra āmonitas et debellauit eos. Cui reuertenti occurrēs filia virgo cuz tympano: vt votū ſeruaret ymolauit eaz. ſtultꝰ in vouēdo. impiꝰ in implēdo. Judicauit aūt Jepte iſrael. vi. ānis iudex ſeptimꝰ. poſt quē iudicauit. viij. Abeſſan de bethleem annis. vij. habēs. xxx. filios ⁊ totidē filias. Poſt quē iudicauit. ix. Abyalon zabulonites annis decē. Judicauit poſt illum Abdon. viij. annis hn̄s xl. filios Judex decimus.

Carthago vrbs fuit celeberrima ī affrica a Cartha oppido (teſte Seruio) nomen aſſumpſit. Et apud grecos. Καρχηδων. ſcribit. Cōſtructa primū a didone beli regis tyrioꝝ filia: annis ſeptuagita tribꝰ anteqꝫ roma ipſa cōſtrueret vt dixit Juſtinꝰ libro. xviij. Que priꝰ a bouis corio Byrſa dicta fuit. qꝛ ꝑ illa edificāda tantū loci dido emerat a rege hiarba. qꝫtum corio thauri tegi poſſet. dicēte virgilio libro Eneid. primo. Mercatiqꝫ ſolū facti de noīe byrſam: Thaurino. qꝫtum poſſet circūdare tergo. Coriū eīn illud in tenuiſſimos filos ſecari fecit. quo loco multū circūdedit vocātes illū locū lingua phenicia byrſam. i. coriū: que poſtea mutato vocabulo Carthago dicta eſt. Cicero quoqꝫ de natura deorum libro ſecūdo. Poſtqꝫ tres hercules declarauit. Quartꝰ inqt filꝰ Jouis et Aſteries ſororis latone qui Carthaginē filiā genuit a qua Byrſa quā dido cōdidit Carthago vocata eſt. Hec eadez teſte Plinio libro. xv. naturalis hyſtorie centuz viginti annis romanis emula fuit. Pluries eīn deſtructa: Pluries inſtaurata. Fuit aūt hec inclita ciuitas vetuſtate originis magnitudine ⁊ claritate ante omnes affrice ⁊ hyſpanie, puinciarum vrbes memorāda. Primo autez excidio Scipio iunioꝛ magni Scipionis nepos in tercio bello punico cōſul factꝰ ſex cōtinuis diebꝰ ac noctibꝰ illā oppugnauit et vltra deſperationē tandē ciues in deditionē traxit. petētes vt qͦs belli clades reliquos fecerat viuere ſaltē liceret. Eo ī bello mulierū viginti qnqꝫ milia: viroꝝ vero trigīta trucidata fuiſſe referūt: Haſdrubal aūt eoꝝ rex vltro tranſfugiēs eiꝰ vxorē. ſe ſuoſqꝫ filios in mediū iecit incēdium. quod ſexdecim cōtinuis diebꝰ arſit. Et miſerū (vt Liuiꝰ ait) etiā victoribꝰ ꝓbuit ſpectaculū. ⁊ tūc Carthago ſexcēteſimooctauo ab eiꝰ cōditiōe anno omni murali lapide deleta fuit. Verū poſtqꝫ euerſa fuit vigeſimoſcđo anno lelio cecilio motello. ⁊ T. Q. flāmineo cōſulibꝰ reparari iuſſa eſt. qua repata Romani ciues eo m̄lti deducti ſunt. Sed vt idē liuiꝰ inqt intra breue tp̄s Ethna vltra ſolitū flammeos ignes euomēs calidis cineribꝰ exuſta eſt. tecta deſtruxit. Cuiꝰ ſubleuande calamitatꝭ cauſa Senatꝰ Ro. decē annis ei vectigalia remiſit. Multas etiā ꝑ tp̄a Gothoꝝ calamitates ꝑtulit. Tandē in Mauroꝝ manꝰ deueniēs regū ſedes. ⁊ regia nūc vſqꝫ habita eſt. Que et vernac'la lingua Tuniciū appellata eſt.

Carthago

Carthago in hyspania est Tunicum appellata